



M Saigichez

Bob lon

MEDIUM
Ad primæ Terminum Excellentiæ
XXIII. VV. DD. Secundæ Laureæ Candidatis
INDICATUM
HONOR PHILOSOPHICUS.
Cùm Eosdem
Annuente Gratia & Protectione
CELSISSIMI ILLUSTRISSIMI & REVERENDISSIMI DOMINI,
D. ANDREÆ
STANISLAI KOSTKA
COMITIS in ZAŁUSKIE,
ZAŁUSKI,
EPISCOPI Cracoviensis, DUCIS Severiæ,
EQUITIS AQUILÆ ALBÆ,
Almæ Universitatis Cracoviensis
CANCELLARII Faventissimi;
Magnificus Perillustris & Admodùm Reverendus Dominus,
D. M. JOSEPHUS GREGORIUS
POPIOŁEK,
Sacræ Theologiæ DOCTOR & PROFESSOR, Ejusdemq; Facultatis DECANUS, Ecclesiæ Collegiatæ S. FLORIANI Clepardiæ ad Cracoviam PRÆPOSITUS, Scholarum Vladislaviano-Novodvorscianarum PROVISOR, Facultatum; Theologicæ & Philosophicæ PRO-CANCELLARIUS, Studii Generalis Ejusdem, Universitatis Cracoviensis RECTOR;
Magisterii in AA. LL. & Philosophiæ Doctoratûs
LICENTIATOS,
Concurrente Magnorum Hospitum Frequentia
Solenni renuntiaret plausu,
Ab
ANTONIO CANTIO JARZECKI,
Ejusdem Laureæ CANDIDATO.
Ad memoriam seræ Posteritatis
Metricis Pedibûs
LIMITATUM.
Annô quô
M.DI. saLVtIs à ChrIsto peraCta erant.
Die 19. Mensis Iunii.

CRACOVIÆ Typis Collegii Majoris Universitatis Cracoviensis.

In
Stemma Gentilitium
ILUSTRISSIMÆ
CZARNOCIORUM
DOMUS.



I.

In CRUCE cùm Domini Cœlos petit ista SAGITTA,
Celsiùs assurget CZARNOCIANA DOMUS.

II.

Heròës CHRISTI Comites estisq; fideles,
Unica non Vobis, CRUX geminata placet.

III.

Una triumphatis CRUX sufficit hostibus, ecquos
Non vincet geminæ juncta SAGITTA CRUCI. *

* Okolski Tom: 2. Orbis Pol:

ILLVSTRI
Ac
MAGNIFICO DOMINO,
D. MICHAELI
à Czarnocin
CZARNOCKI,
Districtûs Chencinensis
PINCERNÆ;
Loricatæ Cohortis Exercituum Regni
EQUITI,
Domino D. Mecænati Faventissimo.



Xcellenti Honoris Philosophici adinventô mediô, impetu Gentilitiæ concitante Sagittæ per signa Stemmaticæ Crucis in amplissimo favore ac patrocinio Tuo *metam exquiro votorum; eò fidentiori animô, quò magis in perspecto habeam* Illustrissimos Aborigenes Tuos *& Literatorum promovisse partes, & Literis di-*

a *gna*

Genus LISOVITARUM seu MZURAVITARUM prope octingentos annos in Regno Poloniæ claret, quod à divisis Bonis & Hæreditatibus varia assumpsit Cognomina. Propagavit interea Ecclesiæ Dei Archiepiscopum Gnesnensem Fulconem, Episcopos septem; Patriæ, Marti & Sæculari Senatui Palatinos Quadraginta sex, Castellanos Viginti, Mareschalcos Novemdecem, Thesaurarium cum tribus Cancel-

lariis,

gna gessiße ILLUSTRIS ac MAGNIFICE DOMINE D. MECÆNAS GRATIOSISSIME. Si enim ad extremas vetustissimæ Gentis Tuæ *lineas transivero, & memoriam Virorum, quos ea edidit, lustravero; tàm eximias eorum animi dotes, non possum nisi cultu prolixissimo venerari. Octingentorum prope labitur annorum ætas, ex quo* Crux *pharetrata* Tua *in Lechico Trione purissimo fulget nitore, & ab Augusto Polonorum Sangvine exoriens, lucidissimo lumine serenius splendet:* Sagitta Gentilitia *motu non laßatur continuo, hostes fatali impetens cæde vel in supremá digni honoris auge, vel hæret in fonte dignitatis honorificæ. Gens à suis peraugusta primordiis, in splendida semper vetustate vegeta, semper apparet illustris. Illustris à maximorum Heroum Familia, quæ non intermißâ gloriâ in Sarmatico Cœlo, & famæ vocali tuba reboat admiranda. Illustris ab Ecclesiasticis Sæcularibusq; Dignitatibus Togâ Sagôq; conspicuis, & quæ in florentissima Republica nonnisi plenô meritorum cumulô comparatur. Hæc est Gens, quæ à Clarissima Palatinorum, Castellanorum, Comitum Prosapia, ex splendidissima Magnatum Stirpe, ex præcelsa Præsulum serie, lucem, splendorem & claritatem ducit. Hæc est quæ*

lariis, Supremos Exercituum Duces Quatuor. Tribunalitiis & Castrensibus Areopagis, Commissionibus, Expeditionibus ad Exteros quàm plurimos Judices, Superarbitros, Legatos subministravit. A Stemmaticis Lis seu Mzura vel potius Lissovitis alias Mzuravitis *ILLUSTRISSIMI* CZARNOCII Optimi Polonæ Reipublicæ Cives de Bonis Czarnocin rectam ducunt suæ Parentelæ lineam; ex quibus STANISLAUS CZAR-

est, quæ origine antiquissima, virtutibûs ac gestîs domi & foris gloriosissima Scriptorum annales celebritate replevit Nominis; cujus gloriæ, honoris dignitatisq; culmen nulli docti calami præter Sagittam suam Gentilitiam *nec poterant, nec attingere posunt. Ista sunt pervetustæ Familiæ decora: quæ rursus velut fons perenni lympha scaturiens in plures diffusa rivulos, mira felicitate in iis virtutem suam nec magnitudinem famæ continuîs cursibûs pullulantem sibi sensit abnegari. Exempla longiùs accersere, & in Polonia tota sparsas per argenteos virtutis latices, fontis istius venas in angustam dictionis meæ scatebram cogere nolo:* CZARNOCIANA Tua *inclyta Prosapia satis mihi illustre porrigit documentum. Pleni sunt hoc amplissimo Nomine fasti; faventissimîs impertita gratiîs Regum & Principum si legerimus Privilegia in eis* CZARNOCII *adsunt. Acta Metricæ Regni & Areopagi Polono-Tribunalitii si fidelî lustraverimus oculô? adsunt. Amplissimorum Cracoviæ, Sandomiriæ ac utriusq; Poloniæ Palatinatuum per Terras, Dynastias, Districtus si curiosô reviderimus animô volumina? adsunt. Per Premysliensia, Sanocensia, Chencinensia, Vlodimiriensia aliaq; Regni principalia*

CZARNOCKI à Czarnocin, temporibûs Sigismundi I. Poloniarum Regis Aulicîs ad latus ejusdem & bellicîs celebris obsequiîs ad Generalia Regni Comitia multoties Legatus, deinde Terrestris expost Castrensis Judex Sanocensis, in administranda justitia Vir laudis & Felicitatis maximæ. VICTORINUS CZARNOCKI in Czarnocin, pariter in Regum Aulis gloriosè versatus, ad militaria Castra maturans iter, fatis im-

palia Castra, si conscriptos in jure codices observaverimus? adsunt. Inter vel per CZARNOCIOS *Regum Commissiones laudatissimè peractæ, Bonorum terrestrium distimitationes, Decreta, Resignationes Hæreditatum Reformationes, Advitalites, Fratrum inter se Divisiones, aliaq; gravia negotia, antiquitatem, præstantiam, solidam prudentiam, Honores, Officia, consangvineos nexus istius vetustissimæ Familiæ demonstrantia passim & palam inveniuntur. Ingens tantorum Nominum & Magistratuum syllabus est, & omnem exilis eloquentiæ superans apparatum materies, à venturis multo ordine nonnisi recolenda sæculis, & disertioribûs Tullii calamis seræ recommendanda posteritati, Nunc ut magis altô prætermittatur silentiô quàm minùs culta, & minùs sufficienti enumeretur facundia, ipsa svadet æquitatis ratio. Immensum planè est pervetusti Sangvinis* Tui *ILLUSTRIS ac MAGNIFICE DOMINE MECÆNAS quærere ornamenta, quæ Ducum & Principum Celsitudo, illustris Senatorum gloria, Procerum, Comitum, ac Dignitariorum claritas, in ILLUSTRISSIMAM* CZARNOCIORUM Domum *per nexus colligatos invexit. Multum sanè dilectæ Patriæ, multum inclytis in Polonia Fa-*
mi-

maturè præventus est. JOANNES CZARNOCKI in Czarnocin, ex quo JOANNES Castellanus Miedzyrzecensis. HIERONYMUM Zupparium Salisfodinarum Vieliciensium, NICOLAUM in Srzeniawa Klimontow & Jejoro Hæredem contra Turcas Bellatorem Strenuum trophæis & victoriis insignem CZARNOCIOS ex monumentis Sarmatarum, & Epitaphiis fuisse constat. Ab altero NICOLAO de Czarnocin
CZAR-

miliis CZARNOCII *debent, verùm Patria ac Respublica tota plurimũ se debere* CZARNOCIIS *fateatur necesse. Ex quo enim omnes meritorum ire cœpere per gradus, ac in sublimi dignitatis constitere fastigio, semper se ad negotia Boni Communis, ad nutus & usus Patriæ submittebant. Vidit Senatus in consulendo Consos felicissimos, stupuerunt Tribunalia Judices æquissimos celebravit religio ob illibatæ Fidei zelum Constantinos immotissimos; Castra militaria Heròës, remotæ Orbis partes Legatos, Regni Subsellia Officiales, Strenuos, prudentes, commodos senserunt, spectarûnt, & coluerunt* CZARNOCIOS. *Citissimo passu* Illustrissimam Gentem Tuam *mea levis prætervolavit penna, sed nec in* Tuis *ILLUSTRIS MAGNIFICE DOMINE MECÆNAS morabitur encomiis, cujus eximiæ virtutes ingentes replerent codices hac exigua pagina nesciæ coarctari.* Tua *prudentia, dexteritate ingenio* Illustrissimis Majoribus *splendorem adauges, ad compendium eorum præclarè gesta propriis meritis revocando. Minimè contentus videris Hæres Avitæ extitisse fortunæ nisi & virtutem Avitam hæreditario jure in* Te *derivâsses. Indicabat id*

b *tene-*

CZARNOCKI Palatino Bełzensi, qui Sophiam Potocka Castellanidem Kijoviæ Consortem habuit, progenita est Magdalena Filia Illustrissimi Tarło Palatini Czerniechoviæ Consors, & STANISLAUS in Czarnocin CZARNOCKI Filius Capitaneus Vlodimiriensis. Hic cum Anna Czartoryska Ducis Czartoryski Palatini Smolensciæ, ex Sophia Ducissa Korecka Palatinide Kijoviæ progenita Filia Consorte sua, propagavit MICHAELEM in Czarnocin CZARNOCKI Vexilli-

tenerior indoles, quæ inter ſtadii & ſtudii ſcholaſtici certamina de nihilo magis quàm de probitate certare ſtuduit. Inter prægnantia frequentiſſimis Athenis tempora primævam Regni adiiſti Scholam, ſub annoſa ſapientiæ Matre Juventutem ad omne bonum inflexurus. Laudabat illa ingenium, ſuſpiciebat induſtriam, & quantus futurus eſſes ex indole colligebat. Hauriebas & Tu *à ſincera ſinceritatem, à docta doctrinam, à libera Polonus libertatem, à virtuoſa, religioſa, pia, virtutem, Religionem, pietatem deſumebas.* Tuum *erat primum ab ineunte etiam ætate ſtudium formare* Te *in Virum, qualem Patria ad ornamentum, Familia ad fulcrum ſui, libertas ad defenſionem, communes fortunæ ad tutelam, vota publica ad coronamentum,* Domus Illuſtriſſima *ad columen exigebant. Succeſſiſti itaq; in gloriam Academicæ diſciplinæ, quos fructus illa Mater proponat Alumnis, ex* Tuis *agnoſcitur geſtis. Effulget in* Te *Religio, qua ita* Te *ſupremæ demittis Majeſtati, illam Sacris Sacrorumq; Miniſtris addicis reverentiam, ut pro delicio horum, pro pietate in eam ſalutare CRUCIS Sacratiſſimæ Lignum in Eccleſiam Seceminenſem*

xilliferum Palatinatus Kijoviæ, qui cum Catharina Wielchorſka Caſtellanide Vołchyniæ Matrimonium contraxit, & FRANCISCUM in Czarnocin CZARNOCKI Vexilliferum Palatinatus Bełzenſis Atavum *Illuſtris Magnifici PINCERNÆ*; à FRANCISCO in Czarnocin CZARNOCKI, qui cum Marianna de Zmigrod Stadnicka Caſtellanide Bełzenſi inivit Matrimonium progenitus eſt ANDREAS in Czarnocin CZARNOCKI Dapifer Premyslienſis Abavus *Illuſtris PIN-*

ſem Juriſpatronatus Tui *ſolenni cum pompa ac honorifico apparatu introduceres. Eniteſcit eruditione inſtructa induſtria, quâ internis & externis caſib9 à longe proſpicis, & in omnem rerũ paratus uſum ſævienti fortunæ animum non ſubmittis. Emicat liberalitas, qua in publica ferris commoda & toto fortunæ apparatu in ſubſidium aliorum, in vindicanda effunderis Jura. Exerit ſplendores ſuos magnanimitas, jam obvia omnibus facilitas, jam militaris fortitudo, hoſtibus terrorem, inimicis formidinem incutiens, jam inſolita alia virtutum lumina quantum* Tibi *ILLUSTRIS ac MAGNIFICE DOMINE MECÆNAS gravitatis, quantum elegantiæ, quantum nitoris, quantum addunt Majeſtatis? Coronat tam ampliſſima* Domus Illuſtriſſimæ *decora, virtute & indole pulchra unicus illeq; cariſſimus Filius* Tuus *ILLUSTRIS ac MAGNIFICE DOMINE MECÆNAS: in quo pietas juncta modeſtiæ, humilitas excelſæq; animi dotes optimam ſpem de ſe* Tibi *ILLUSTRIS ac MAGNIFICE DOMINE MECÆNAS & Patriæ ſpondet. Omnia è regula virtutis agit, omnia in ſinceritatem componit, præſidium & dulce decus Poloniæ futurus. Optimus in eo mentis vigor, cor*

 hero-

PINCERNÆ; à quo cum Sophia Lanckoronſka Illuſtr: Lanckoronſki Palatini Podoliæ, & Conſtantiæ Firlejowna Caſtellanidis Lublinenſis Filia Conſorte ſua procedit SAMUEL in Czarnocin CZARNOCKI Enſifer Palatinatus Cracovienſis Proavus *Illuſtris PINCERNÆ*; qui cum Sophia Dembinſka de Stemmate Rawiez Caſtellanide Becenſi CASIMIRUM CZARNOCKI, Eccleſiarum in Secemin & Srze-

heroicorum capax spirituum, infusa cum Sangvine Patris pectori fortitudo, emicans è vultibus magnanimitas, & non segnis ad quævis summa applicatio nil humile ad honores, nil abjectum ad sublimia parat & significat. Inter Declinationes Grammaticas docili ingeniô succumbere svetus, tener fronte vultuq; generoso demonstrat, quantus sit tandem Patriæ Achilles, & certare par, & respondere paratus. Quid si primi, quid si secundi voti dilectissimas & lectissimas Conjuges Tuas *ILLUSTRIS ac MAGNIFICE DOMINE MECÆNAS scholastica taceret penna, eas & sublimitas Generis, & præcelsa deprædicarent facta. Illa virtutum, pietatis & bonorum plena operum rebus exempta humanis felici immortalitate gaudet, omne bonum desuper* Tibi *deprecando: hæc decoribus* Gentilitia in Domo Tua *ILLUSTRIS ac MAGNIFICE DOMINE MECÆNAS accumulans decora quas Laudum apotheoses? quæ non meretur encomia? de qua si ad præsens conticescerem, satis eßet ad plausum gloriæ Conjugem* CZARNOCII *dici. Non vitæ sociam solius agit, verùm piis in Superos, rectum & honestum* Tibi *adstipulatur affectibûs, simili probitate jungitur, non*

Con-

Srzeniawa Præpositũ, & SAMUELEM MICHAELEM binominis Avum *Illustris PINCERNÆ* Subdapiferum Premysliensem procreavit. A quo cũ Catharina de Pruszenskie Petri Pruszynski, & Margarethæ de Lasockie Filia Pauli de Brzeziny Lasocki, & Sophiæ de Zalesie Gorska Pocillatt: Lublinen: Nepte, Andreæ verò Gorski Palatini Masoviæ, & Hedvigis Niezabitowska Pronepte procedunt; JOSEPHUS

de

Conjux tantùm aſt & individua Tuorum *rectegeſtorum Comes. Totam Rempublicam, totum Senatũ & Proceres in* Tuam *video Illuſtriſſimam influxiſſe* Domum, *cum primæva Poli Lechici Aſtra utpote* ZAMOYSCIOS, PRZEREBSCIOS, MALACHOWSCIOS, MICHALOWSCIOS, ZLOTNICIOS, ZEBRZYDOWSCIOS, PACANOWSCIOS, PACOWIOS, WOYNOWIOS, POCIEIOWIOS, JORDANOWIOS, PSARSCIOS, XIĘSCIOS, DĄBSCIOS, BRANICCIOS, MORSTYNIOS. SZEMBECIOS, DUNINOS, BELCHACCIOS, WALEWSCIOS, BYSTRZONOWSCIOS, SZAFRANIECIOS, KĄCCIOS, SALTYKOS, RUPNIEWSCIOS, MICHALCZOWSCIOS, ORACZEWSCIOS, LUBIENSCIOS, GRODZICCIOS, TRZEBINSCIOS, MILKOWSCIOS, BELDOWSCIOS, MISIOWSCIOS, BLESZENSCIOS, WIELOGLOWSCIOS, LĄCCIOS, TREPKAS, LESIEWSCIOS, LASOCCIOS, RADECCIOS, WIBRANOWSCIOS, ZORAWSCIOS, ORZECHOWSCIOS, *ac alia plurima Sagô & Togâ digniſſima Conſangvineo Nexu colligata* Tibi *veneror Nomina. Sed non ampliùs Illuſtriſſimos* Tuæ Domus *ſplendores exiguis involvo foliis, quid paginas curo? cum* Tibi *durando ſæcula vincentes eruditas conſecro Laureas, in quibus perauguſta Ducum, Principum, Senatorum Nomina, etiam Illuſtriſſima* Tuæ Genti *correlativa ad ſeræ poſteritatis memoriam inſcribuntur.*

c *Quis*

de Czarnocin CZARNOCKI Capitaneus Budziſzovienſis, qui cum M. Garczynska ſterilis JOANNES de Czarnocin CZARNOCKI Venator Hełmenſis binubus, qui cum Zielenska & Radecka ſponſalia inivit Prolemq; ſuſcepit. Tertius Samuelis Michaelis Filius ADAMUS FRANCISCUS in Czanocin CZARNOCKI Dapifer Sanocenſis, qui cum Hedvige de Bebelno Gosławska unicum progenera.

Quisquis has cernere volet **Tuos** *prius observabit Titulos, quisquis legere easdem exambiet prius* **Nomen Tuum** *venerabitur. Medium primæ Excellentiæ ad terminū monstrant, faustissimâ* **Te** *coronabunt metâ, sub quibus fatalis securus sortis titulos, fortunas, honores, quos* **Tua** *meretur virtus deprehendes. Hoc Laureata capita, hoc eruditæ mentes, hoc Pallas Academica vovet ego deniq;* **Tibi** *totiq; præcelsæ apprecor Familiæ:*

Illustrissimi Nominis Tui

Devinctissimus Servus

Author Operis.

neravit Filium *ILLUSTREM ac MAGNIFICUM DOMINUM* MICHAELEM à Czarnocin CZARNOCKI Pincernam Chencinensem, qui cum Catharina Psarska unicum pariter suscepit Filium scilicet ANTONIUM de Czarnocin CZARNOCKI, qui ad præsens in Alma Universitate Cracov: studiis dat operam. Idem *ILLUSTRIS MAGNIFICUS DOMINUS* PINCERNA secundô votô cum Illustri M. Dña è Misiowsciis Bystrzonowska inivit Matrimonium, quos DEUS Optimus Cœlestibûs in sera tempora adaugeat gratiis.

ProDroMo & seqVaCI
CœLestIs GratIæ

DIVINISSIMO
PATRIARCHÆ NOSTRO
B. JOANNI
CANTIO,
Sacræ Theologiæ
DOCTORI,
Regni Poloniæ

Magni Ducatus Lithvaniæ
PATRONO
SINGULARI.
Ode Votiva.

Cum Epigraphe.

Da PATER *auxiliũ* atq; animis illabere nostris.

Virgil: Lib: 3. Æneid:

CANTIUM quantîs elegîs vel acri
Tibia ſumam celebrare Vates?
Quô canam metrô ſerieq; longa
Facta JOANNIS?

In Craci celsis Heliconis oris,
Gloriosis in Cathedris Docentûm,
Quô, PROFESSOREM recolam Beatum
Nescio, plausu.

Arte Materna tenerè nutritum
In pios fructus, alimenta vitæ
Integræ labis scelerisq; puræ
Quomodo tractem.

Quid priùs dicam solitis Parentûm
Laudibus, pulchrô seniô probaq;
Mente plenorum, quibus auspicatum
ANNA STANISLAûS

Nomen è Cœlis erat ordinatum:
Gratiam per quos generare terris
Lechicis sanctam poterint, Decusq;
Edere dulce.

Unde nil majus reperitur Ipso,
Nec viget quidquam simile aût secundũ,
In Schola Regni celebriq; nostræ
Palladis Aula.

Ignibûs fervens neq; te silebo
Spiritus cordis probe CANTIANI,
Quô Deo luces, operum bonorum
Ac oleô ardes.

Flammei dicam fluidiq; signa
Visa mirâcli; quibûs in represso
Igne, lympha in lac niveum reducta
Urbs stupefacta est.

Romuli posthac Solymæne Regnum
Pluribûs narrem vicibûs petitum,
Barbaræ Genti data verba Christi
An memorabo?
Crescit occultô, velut arbor, ævô
CANTII Nomen, micat inter omnes
Indiges Divus velut inter ignes
Luna minores.
Lechicæ Gentis Pater atq; Custos
Gratiîs vernans, Tibi cura nostræ
Palladis Cœlîs data, nos secunda
Sorte tuere.
Hinc seu doctis animis minacem
Egerit justô domitos triumphô
Otii insultus, tuleritq; virtus
Firma trophæa.
In Tui cedet decus æviternum
Nominis CANTI! spoliumq; dives,
Semper id votum Tibi laureata
Corda litabunt;
Quàm diu rerum facies nitebit
In Polo celso viridi soloq;,
Phœbus & Phœbe radiare donec
Lumine pulchro.
Desinent; Sanctîs titulîs decorus
Splendeas Orbi populoq; cuncto,
Supplicûm desiderium Clientum
Rite coronans.

MAGNIFICO PERILLUSTRI & ADMODUM REVERENDO DOMINO,

D. M. JOSEPHO GREGORIO POPIOŁEK,

Sacræ Theologiæ DOCTORI & PROFESSORI, Ejusdemq; Facultatis DECANO, Ecclesiæ Collegiatæ Sancti FLORIANI Clepardiæ ad Cracoviam PRÆPOSITO, Scholarũ Vladislaviano-Novodvorscianarum PROVISORI, Facultatũ Theologicæ & Philosophicæ PROCANCELLARIO, Studii Generalis Universitatis Cracoviensis

RECTORI.

Carmen Heroicum.

Cum Epigraphe

- - - Hoc Tibi confectum carmine munus
Pro multis aliis redditur officiis
Catull: in Mall: Carm: 68. nrô 150.

PHæbe sacer radiîs Musas complexe coruscîs!
Qui doctis geniis redeuntia lustra revolvis,
Sparge stylo calamoq; jubar mentemq; moventes
Celsiùs elato veniant splendore jugales
Igniculos animo dociles efflando tepenti.
Jam novâ Magnifico Fastigia dentur HONORI
PATRIS RECTORIS PRO-CANCELLARII itemq;.
Scis Genus in Craciis Oris fugiuntq; Priores
Non te; Metropolis siquidem Ductoribus hujus,
Cardineô vidit redimitos Roma Galerô,
Papalisq; Viros Sedis debere capaces
Censuit esse, nisi laudanda modestia tale
Posthabuisset onus, petiisset & ultro latere.

Non

Non dubios aliis præbens fortuna favores
Neſcivit mutare vices, plures ſed in almus
Patritios proceſſit honor, pluresq; videndi
Hac ex Urbe Viri generosîs dotibûs aucti.
Per Faſces cumulatur honor, ſemperq; renata
Nobilitate viget, virtutem præmia penſant
Continuum ſimili ſervantia lege tenorem.
Urbs nec quæq; poteſt Lechiæ etſi rebûs opimîs
Floreat, & claro cingat ſua Stalla Senatu
Se jactare parem: accepto ſed jure ſecundo,
Prima Metropolim Craciam pro Sede vocavit.
Felix! qui tantis animum Natalibus æquas,
Noſtrarum ſeries PRO-CANCELLARIE rerum,
Materieſq; ſtyli calamiq; graviſſima docti.
Vivit Avita replens crebrîs ſermonibûs aures
Gloria ſumma Tui, quam nec ventura ſilebunt
Sæcla, nec ignota rapiet ſub nube vetuſtas.
Octavum luſtrum præſens jam terminat ætas
Ex quo Palladia Lauru redimitus utrâq;
Tempora docta Sophus; cum plauſu ingente priorum
Patrum corde Tibi fido ſimul ore faventûm.
Flore Minor fructus vernare Polonia magnos
Cùm videt ætatis tenero, pretioſa talenta
Miraturq; ſimul vegetam præferre juventam;
In Majore brevî fuerat Tibi campus apertus
Orbe Lechi. Novit Poſnania Teq; probæq;
Vitæ candorem, conſummatoſq; labores,
Per Cathedras, Aras actos & docta Lycæa.
Non mihi pluriloquîs reſonent ſi vocibûs ora,
Exuratq; ſacer docto cor lumine Phœbus,
Acta Tui narrare queam: quot in ordine ſparthas
Rexeris, ingentûm quoties ad munia rerum
Veneris, illius Studii cum munus obires,
Tellurisq; ſinus ſolers Geometra ſecares.
Unde Tibi cupiens dignas perſolvere grates

Cracia Pallas, opes animi mentemq; probatam
Appretians, in utramq; Domum Te jure vocavit.
Esto Minor Majorq; fores Collega, tamen Te
Maxima curarum, viderunt summa laborum,
Decertare parem, tum respondere paratum.
Post Cursus Sophicos prælectos postq; Decani
Susceptum toties munus, curamq; Mathesi
Navatam, Laurus successit Theologorum
In Caput Alma Tuum; quæ mira luce coruscat
Innocuæ vitæ sancto fervore calentis,
Doctrinæ grato Pietatis odore suavis.
Sceptra dein toties fugientem rite secuta
Te deprenderunt, curîs gravibûsq; probârunt.
Volvitur alteriùs semestris tempus, Honore
Quô RECTORALI potiris, paterisq; laborum
Mole premi grandi tolerando mitè molesta.
Convulsæ vires curîs ingentibûs ægram
Quamvis debilitent vitam, molimina crebra
Continuò licèt attenuent lædantq; salutem;
Spiritibûs vix non extremîs munia Regni
Palladii propensus obis, ut nulla supersit
Spartha, seu regimen, Personam sive requirens
Magnificam, quam non cum plausu præsto decores.
Relligiosa tamen non cessas otia sanctè
Ducere, queîs, Numen MARIAM, Sanctosq; fatigas:
Hinc Tibi nulla dies constat sinè linea abiisse,
Æternæ quâ non tangatur meta salutis;
Curarum quamvis prima consistis in auge.
Verùm scis tolerare Cruces, & Sceptra tenere,
Nam sinè Sceptris Crux non est, nec Sceptra sinè Illa;
Quæ Tibi dulcorent ut Cœlica Numina semper,
Longævam vitam, vegetam tribuantq; salutem,
Unanimî votô, constanti corde Clientes,
Pro tantis in nos PROCANCELLARIE donis
Propitias Superûm proni pulsabimus Ædes.

I L L U S T R I B U S

Clarissimis & Admodùm Reverendis Dominis,

DD. EXAMINATORIBUS,

Illustri Clarissimo & Admodùm Reverendo Domino,

D. M. J O A N N I R Y G A L S K I,

Philosophiæ DOCTORI, Ejusdemq; Regio & Cursûs Vladislaviani PROFESSORI, Collegæ Majori, Ecclesiæ Collegiatæ S. ANNÆ Cracoviæ ARCHIDIACONO, Publico S. Authoritate Apostolica NOTARIO, ac interea Facultatis Artistarum DECANO.

Perillustri Clarissimo & Admodùm Reverendo Domino,

D. M. J O S E P H O D E C L O S,

Sacræ Theologiæ ac Tyliciano Eloquentiæ PROFESSORI, Collegæ Majori, Ecclesiarum Collegiatarum S. FLORIANI Clepardiæ ad Cracoviam CANONICO, S. ANNÆ Cracoviæ CANCELLARIO, ibidemq; Festorum SALVATORIS, ac B. V. MARIÆ CONCIONATORI,

Clarissimo ac Excellentissimo Domino,

D. M. J A C O B O N I E G O W I E C K I,

Philosophiæ DOCTORI, Matheseos ac Ejusdem Cursûs PROFESSORI, Collegæ Majori Vocato, Strzałkoviano GEOMETRÆ Jurato.

ODE LYRICA

Cum Epigraphe

Omnibus hìc erit unus honos, tres præmia primi
Accipient - - - -

Virgil: Lib: 5. Æneid:

DIlecte Nostræ Ternio Palladis,
Cohors Virorum nobilium, quibus
Et Phœbus & Musæ per Orbem
Dant pretium potiore censu:

Vos Jagelonæ, Cœlitibûs bonîs
Qui promovetis jura ſcientiæ,
Eccleſiæ Sanctæ Scholæq;
Dulcis amor decus atq; gemma;
Ingens Lycæi gloria Cracii
Quibus ſecundis plaudit honoribus
Non parca virtus, îpſa pulchro
Accelerans comes ire paſſu.
Unita cûi eſt & ſapientia
Æternitatis maxima portio,
Victrix triumphans orbe facta
Sola premit morientis ævi
Faſces beatos imperiô ſui;
Quos ſorte geſtat tuta, gravis, potens.
Hæc eſt Facultas ſcire poſſe
Jura aliis pariter ſibiq;
Ex eruditis ponere legibus:
Togata virtus Aſſyriô magis
Triumphat oſtrô fertq; palmas
Ipſa ſibi Domina ipſa Victrix.
Hoc germen in Te cerno beatius
Toga RYGALSKI Purpurea rubens
Authoritas in Quo Decanûm
Perpetuum ſibi condit ævum;
Hoc bis Sophorum maxima Portîcus
In eruditæ mentis adoream
Te honore dignata eſt; eum nam
Ingenii meruere dotes.
In ſole ſpectant Te data publico
Tot Diſputantûm prælia, laudibûs
Et tot trophæorum Coronîs,
Per Cathedras decorata noſtras.
Nec vena ſvadæ Te minor aurea
Infert diſertis cætibus; Atticum
Seû præſtat in roſtris acumen,
Seû calamô libet ire doctô.
Eſt Poſna teſtis; facta laboribûs
Sexenniô ûnô quanta tetenderis,
Utrumq; nunc Collegiorum
Conſpicuam colit arte mentem.

Acumen

Acumen in Te nobilis ingeniî
JOSEPHE quantùm publica lux colit,
Quàm pulchra per Te gloriosô
Palma viret celebris triumphô.
Debebit olim cor Juvenum Tibi
Favore vinctum; quòd ſapientiæ
Svave virtutiſq; odore
Purpureas feret ad Curules
Curas laboris; dona ſcientiæ.
Laudis ſupremæ Theologus Tibi
Hinc campus immortale rurſum
Pandet opus titulòſq; grandes.
JACOBE qualem laudibus entheum
Inflabo juſtis, & meritis Tuis?
Qui ſedulò Muſas colendo
Judiciô calamôq; polles.
Dictîs triumphas per Cathedras Sophûm,
Quod & Matheſis delicium Tui
Fatetur; & mens clara, culti
Ingenii facileſq; dotes.
Gratè Togatis mentibus influis;
Inſigne Nomen cum Tibi comparas
Quod promovent artes, & omnes
Uranie loquitur per oras.
Faſtorum opus ſed non canimus modò,
Quod facta Veſtrûm claudere plurima
Queat, ſcientiam, probamq;
Expediat brevitate vitam.
Sed mentis æquè munera pendimus,
Proni Clientes Numina cordibûs
Poſcendo devotîs, ut actis
Adjiciant ſua dona Veſtris.
In TRINITATIS Ternio Cœlicæ
Signes benignas Nomine Gratias
Tibi, quibûs ſemper paretur
Laus, honor, incolumîſq; vita.

MEDIUM
Ad primæ Terminum Excellentiæ
XXIII. VV. DD. Secundæ Laureæ Candidatis
INDICATUM
PHILOSOPHICUS HONOR.

I. V. D. JOANNI CANTIO ELIÆ BODURKIEWICZ,

Stéma Kocet Sagitta ta. Cũ Lemm: meta labo- *Lib:*



ſcieſza, ſcilicet Cruce ſignata. Suprema eſt ris. *Auſon:* 8*vo.*

Prima quòd ELIÆ debetur adorea primo,
Conſentit Vates, docta Minerva probat.
Nam labor & virtus duo ſunt præconia laudis,
Quæ tua divulgant facta Virumq; probant.
Monſtrat & ad Cœlos erecta Sagitta, quòd ipſi
Virtuti tribuunt præmia digna tuæ.

II.

II. V.D. MICHAELI LICHONIEWICZ,



StēmaCrux super quam
Stella supe- riùs Miles
armatus.Cū *Lemm:* Ju-
bar īmorta- le parabit.
Bieżanov: in *Sid: Aureo.*

Stemma hoc, quô gaudes venit Tibi forsan ab Alto
Nam Te Cœlestem denotat esse Virum.
Crux signat, toleras hilari quòd mente labores,
Stella, scientificæ quòd bona lucis habes.
Fallacis minimè vereare pericula sortis,
Quæ bellax Heros ense minace fugat.

III. V.D. ANDREÆ FELICI
De Mniszewo,
M I N I S Z E W S K I,



Stemma Lu- bicz scilicet
Solea superi- ùs & inferiùs
Cruce signa- ta.*CumLemm:*
Cursus facit ipse decorē.
Ovid: 10. *Metamor:*

Stemma est effigies, qua sis de stirpe creatus,
Sed simul excelsæ mentis imago manet.

De ſtudii referes palmares hoſte triumphos
Palladis in campo quando duella geres.
Sub Cruce Sceptrifera doctus promittit Apollo,
Quòd Crux bina Tibi plura trophæa feret.

IV. V.D. JOSEPHO SZYBALSKI,

Sacræ Regiæ Majeſtatis SECRETARIO.

Stēma Pruſſ ſeſquimedia Crux decus *Greg: Theol:*



ſcilicet Crux *Cum Lemm:* omne Tuum. *in Epigram:*

Non eget hic Mauri jaculîs nec fortibûs haſtîs,
Fortia qui doctæ Palladis arma tenet.
Quæ Tibi cùm placeant ſolido firmata labore,
Non eſt, adverſas cur vereare minas.
Immo quòd inſigni palma donabere: ſpondet
Stemmate quam geſtas. Crux, decus omne Tuum.

V. V.D. PAULO IGNATIO MANKA,

Stēma Ancho- Nominis im- columenque *Homer:*



ra. *Cum Lemm:* mortale Dec⁹, ſupremum. 16. *Iliad:*

Ad metam nabis votorum PAULE Tuorum,
Prora ſcientificæ cûi cita mentis adeſt.

Nec

Nec rabidas metuas Scyllas, diraſq; Charybdes,
Prudens ingenium quem regit arſq; docet.
Emenſus fauſtè ſcopuloſum Palladis æquor,
Pro meritis tutum littus honoris habes.

VI. V.D. JOSEPHO THOMÆ SZABEL,

StemmaSaſſ cum Stellis *Lemm:* Per nib9ibit.*Vir-*



ſcilicet Luna & Sagitta. *Cũ* Cœlum cor- *gil:Geor:Lib:* 1.

Ordine naturæ ſtant inferiora ſub Aſtris,
Supralunaris ſola Sagitta Tua eſt.
Denotat, ùt Divæ ſolers cultura Matheſis
Te ſuper ipſa potens, Aſtra laborq; vehit.
Sed priùs emeritæ virtuti Gracia Pallas
Dotibus atq; Tuis præmia digna parat.

VII. V. D. JOSEPHO KOTLARSKI.

Scholæ Vielicenſis SENIORI.

Stẽma Na- mna & du- *Cum Lemm:* tua cymba *Stat: Sylv:*



vis cũ Colu- abus Stellis. In õni felix profundo. *Lib:* 3.

Felix navigium Stella moderante polari
Æquoris immenſi nauta peritus ait.

D   Non

Non potes infaustè doctum tranare per æquor,
Lumina solertis qui data mentis habes.
In quovis felix stabit Tua cymba profundo,
Cûi labor & virtus prospera vela dabit.

VIII. V. D. STANISLAO WĄTORSKI,

Stēma Soleā cum Cruce &
Sagitta. *Cum Lemm:* Sic ire
decorum. *Dares Lib: 6.*



Astra Sagitta petens monstrat Tibi culmen honoris,
Quod præbet meritis Pallas amica Tuis.
Nam velut hoc telum Cœlestes transmeat Aras,
Sic penetras animô seria quæq; Tuô.
Et quòd honori isti Cracius benedicit Olympus,
Insistens Soleæ Crux veneranda facit.

IX. V. D. ADAMO SMOLIKOWSKI,

Præposito Hospitali Ustiensi.

Stemma Li- ber cũ semi-
dupliciCru- ce lauru cin-
ctus biretô & coronâ cũ
Stella orna- tus. *CũLemm:*
Radiant monumenta
Crucis. *D. Arator Lib:* 2.



Quisquis amat Martem, divulgat stemmata Martis,
Docta Minerva Tibi quòd placet, iste Liber

Monstrat, quodq; Tuæ virtutis fama perennis
Codice perpetuò scripta vigebit ovans.
Cujus & articulos præceptaq; scire volenti
Æqua bonis Pallas præmia digna dabit.

X. V.D. ANDREÆ RUBINKIEWICZ,

Coloniæ Academicæ Bochnensis DIRECTORI.

Stēma Aquila Insignia Philosophica gestans. Cū Lemm: Omina dextera cantet Avis. *Propert: Lib:* 4.



Stemmata quæ portas, docti sunt signa laboris,
Sunt quoq; virtuti congrua dona Tuæ.
Nam calamus promptum, solers liber, ensis acutum,
Laurea præclarum monstrat in arte caput.
Gloria quòdq; Tui docto florebit in Orbe,
Pennâ Regalis præpete signat Avis.

XI. V. D. MATHIÆ POTACZEWSKI,

Stemm Avis annulū, Stellā, Librū & Crucē gestās. *Cum Lemm:* Felicia captat auspicia. *Appolin:Navar:*



Hic Liber est docti genuinus pectoris index,
Præsentare rudes ille profectò nequit.

Nonnisi Te: quem longa ars & natura beavit
Cuiq; suum genium Pallas amica dedit.
Annulus insignem, Crux quæq; molesta ferentem,
Desidiam exosum lucida Stella notat.

XII. V. D. IGNATIO
De Sierakow,
SIERAKOWSKI,



Stemma Prawdzic scilicet Leo prosiliẽs ex muris circulum pedibûs stringẽs. Cũ Lemm: Secũ trahit arma Virosq;. *Homer*: 12. *Iliad*:

Mænia conscendit pedibûs Leo, tendit ad Astra,
Non hic, sed socium quærit in Axe sibi.
Vel benegesta Tui, quæ nolunt serpere in imis,
Promovet ad celsum sidereumq; gradum.
Volvit in ungue globum Sphæram velut, ergo figurat
In Te perpetuæ prosperitatis opus.

XIII. V. D. ANDREÆ ORŁOWSKI,



Stẽma Saszor scilicet Aquila Stellã pro capite gestãs. *Cum Lemm*: Dexteros agnovit in alite Divos. *Sil*: *Ital*: *Lib*: 15. *Bell*: *Pun*:

Hæc Volucris Tibi cum Stella pro Stemmate cessit,
Quæ Lechico celebres ornat in Orbe Domos.

In-

Indicat ecce Tuæ non tardum mentis acumen,
Veloci penna tendere ad Astra volens.
Cujus ad applausum si nunc sunt Astra minora,
Tunc pòst auricomus Phœbus honoris erit.

XIV. V.D. ANDREÆ BADURSKI,


Stemma Cor rosis vernans. *Cũ Lemm*: Sacra Laurea cordi. *Stroz: Fil: in Lib: Elegiar:*



Quid sibi vult roseis Cor cinctum floribûs? ecce
Candorem ANDREÆ mentis eburq; notat.
Flore juventutis tenero, jam fructibûs amplîs
Exuberas, artis promptus ad omne genus.
Est in deliciis avido sacra Laurea cordi,
Sic in flore Tibi crescit opimus honor.

XV. V.D. VALENTINO SZYLARSKI,

Stemma Prawdzic scilicet Leo prosiliens ex muris circulum pedib9 stringẽs. *Cum Lemm*: Astris hic Leo dignus erat. *Mart: Lib*: 9.



Fortius hoc Animal reliquîs animalibûs exstans,
Signat, quòd validos vincis in arte Viros.
Alta petens, maneat quamvìs in mænibus altis,
Te satis excellum celsiùs ire probat.

Orbita, quam ſtringit Leo, laurea ſerta remonſtrat,
Quæ Tibi ſoliciti cura laborq; parant.

XVI. V.D. JOSEPHO KORUSZOWICZ,

Stemma Cy- gnꝰ Libro in-
ſidens Liliũ & biretũ ge-
ſtãs. *CũLem:* Cãdore nota-
bilis ipſo. *Ovid: Metã:* 2.




Quàm gratum Superis ſpargis virtutis odorem,
Candida demonſtrat Lilia Cygnus habens.
Quàm ſimul aſſiduus vigiles labor occupet artus,
Annulus atq; Liber Symbola certa manent.
Hoc binô mediô facilè ibis honoribûs auctus,
Quò pia vota trahunt, mens docilisq; vocat.

XVII. V.D. FRANCISCO KOLENDOWICZ,

Scholæ Sancti STEPHANI SENIORI.

Stemma Cor roſîs vernans
Stellîs ex par- te utraq; ſti-
patũ. *CũLem:* Calet Virtu-
tis amore. *Sil: Ital: Lib:* 15.
Bell: Pun:



Corq; Roſæq; licèt naturæ lege rubeſcant,
Non tamen ars docilis Te rubuiſſe ſinit.
Cor etenim hoc ſemper ferveſcit amore ſciendi,
Atq; ſcientificas quærit habere roſas.

Nec

Nec potes à meta votorum errare Tuorum,
Quam præstò monstrant sidera bina Tibi.

XVIII. V. D. JOSEPHO SŁOMNICKI.



Stēma Luna tribûs Stellîs
signata. *Cum Lemm*: Cœle-
stibûs æmu- la flammis.
Bieżanow: in Sid: Aurea.

Accidet haûd aliquando Tuam marcescere Laurum
Quam JOSEPHE parat doctus Apollo Tibi.
Hanc nam sudoris guttæ de fronte cadentes
Humectant, studiîs ac alimenta ferunt.
Quæ citò ut in meriti flores excrescat honoris,
Illam rore superno Astra benigna rigant.

XX. V. D. NICOLAO DZIEDZICKI,



Stēma Rosa Lauru cincta.
Cū Lemm: Et color & spe-
cies floribꝰ omnis adest.
Ovid: Lib: 5. Fast:

Area quàm felix madido sudore rigata!
Cùm roseos fructus germinat ecce Tibi.

Naſcuntur flores inſcripti nomina pulchræ
Laurûs, quæ doctum par redimere caput.
Inſuper ore roſas cùm geſtes lilia mente
Candida, multiplex meſſis honoris erit.

XXI. V. D. ADAMO GAYKOWSKI,

Stemma Monoceros libro inſiſtens. *Cum Lemm*: In Cornu retinet divite copiam. *Sene: in Hercul:*



Artibûs ingenuîs quod polles viribûs æquè,
Hoc cornutum Animal monſtrat ADAME Tibi.
Nimirum quoties cornuta dilemmata formas,
Devictus toties hoſtis in arte cadit,
Et velut hoc Animal celſum petit Æthera cornu,
Te ſic ad Superos arſq; laborq; levat.

XXII. V. D. BLASIO BARCZYKIEWICZ,

Stēma Luna Stellîs & Cruce ſignata. *Cum Lemm*: Nitor æmulus Aſtro. *Stroz: Fil: in Epiced:*



Quid video? video radiantia Sidera Cœli,
Quid ſignant? ſignant ſplendida facta Viri.
Cur non ſplendida? quæ virtus illuſtrat Olympi,
Quæ labor, & Tua mens lecta nitere facit.

Na-

Natura ingenium, vires Tibi contulit ætas,
Dogma ſcientificum monſtrat ad Aſtra viam.

XXIII. V.D. CASIMIRO BYKOWSKI,



Stēma Tres Haſtæ. *Cū Lem:*
Martia lauri-gera cuſpide tela virent.
Manil: Lib: 6.

Palladis in campo multos habitura triumphos
Bella perita geri Tu CASIMIRE cies.
Certiùs aſt vinces palmamq; tenebis ab hoſte,
Cûi ars tela tulit, cûi labor arma dedit.
Velox ingenium Bellator habere tenetur,
Te pollere illô trina Sagitta probat.

XIX. V. D. ANTONIO CANTIO J A R Z E C K I,

Secundæ Laureæ Candidato
Authori Operis
In Symbolum mutui affectus



Stēma Ro-gala ſcilicet duo Cor-nua. *Cū Lem:*
Fertile Cor-nu Nūc quoque No-men habet.
Ovid: Faſtor: Lib: 5.

A N D R E A S
De Mniſzewo
M I N I S Z E W S K I
Concandidatus
Offert.

Hactenus hoſtiles inſultus cornibûs iſtîs
Lechia cùm pepulit ſortis in auge ſtetit.
Sarmaticus Campus palmîs victricibûs auctus
A gemini Cornu fertilitate viret.
Civica pro multis auſis non una Corona,
Debentur ROGALÆ mille ſed ultro dari.
In decus ergo Tuum veniunt cùm Inſignia tanta,
Nominis ac animi teſſera vera boni.
Per virtutis opus, ſatagis generoſa tuorum
Geſta Priorum non delituiſſe, datum.
Cornibus aſſocias atavis & laurina ſerta,
Signa potens, doctus, Martis & Artis habes.
Pulcher honos, Nomen fatorum immune manebit,
Cornua præſidium mens pretiumq; dabit.



Permiſſu
MAGNIFICI DOMINI
R E C T O R I S.



